Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31491
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



¶ Matheus.

Dicit q̃ attende q̃ a falsis pphis q̃ a nostris ex fructib̃ eorum non potest arbor mala bonos fructus facere. Nec arbor bona mala facere. Non omis qui dicit dne dne intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est multi dicent dne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo dimonia eiecimus et in nomine tuo multa uirtutes fecimus. Et tunc confitebor illis quia nunquam nouerim uos omnis ergo qui audit hec uerba mea et facit ea assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam super petram. Et cetera.

¶ Capitl. 8. Descendens autem de monte secuti sunt eum turbe multe. Et ecce centurio accedens adorauit eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et dixit ei ihesus. Ego ueniam curabo eum. Et respondens centurio ait domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Et ecce multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham ysaac et iacob in regno celorum filii autem regni mittentur in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Et cum uenisset petrus in domum eius uidit socrum eius iacentem et febricitantem. Et tetigit manum eius et dimisit eam febris et surgens ministrabat illis. Et cum uespere factum esset obtulerunt ei multos dimonia habentes. Et eiecit spiritus uerbo et omnes male habentes curauit. Et cetera.

¶ Capitl. 9. Ascendit in nauicula et transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei hominem paralyticum in lectulo. Et cum uidisset ihesus fidem illorum dixit paralytico. Confide filii remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum uidisset ihesus cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus uestris. Quid enim est facilius dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge et ambula. Et cetera.